

qui à Gomezio dissentit in secunda parte resolutionis, Vallalobos in suis communibus, verbo, ususfructus, ubi quid si alteri relinquatur usufructus omnium bonorum, & alteri certus fundus, Gratianus disceptationum cap. 350. ex n. 13. & quasi per totum, Garcia de expensis, & moliorationibus, cap. 10. n. 19. & 20. Menochius de presumptionibus, lib. 4. presump. 140. n. 33. Pichardus in §. 1. Institut. de usufructu, n. 2. & seq. ubi ait, quod ad hoc ut usufructuarius consequatur integrum usumfructum in prædicta specie, necesse est ut fundus legatur deducto usufructu, Mantica de consuet. ultim. volunt. lib. 9. tit. 6. ex num. 22. & alii plures relati à Menochio, dicta presump. 140. Barbosa in l. maritum, ff. soluto matrimonio, n. 21. & seq. qui in parte dissentit à nostro Gomezio, & alii plures in unum congesti per D. Joannem del Castillo in tractatu de usufructu, cap. 47. n. 1. c. 3. per totum, ubi distinguit octo casus circa propositam questionem, quando scilicet concurrere debent in usufructu, legatarius proprietatis, & legatarius usufructus, sive relinquatur unus fundus, sive universaliter omnia bona, eum omnino videas, quia diligentissimè materiam pertracta, plures doctores pro qualibet opinione referens, & post eum Caucerus variar. 3. p. 2. 20. ex num. 14.

Ad numerum 6. ibi: Item adde quod usufructuarius, &c.

Quod usufructuarius teneatur facere omnia, quæ concernunt utilitatem rei, ut hic resolvitur docent Joannes Garcia in tractatu de expensis, c. 11. in prin. §. 10. Molina de primogeniis, lib. 1. cap. 22. n. 3. Calvacanus de usufructu mulieris relicto, n. 156. Spino in speculo testamentorum, gloss. 13. principali, n. 80. Menochius consil. 66. lib. 1. num. 30. Pinellus in l. 1. 2. parte, Cod. de bonis maternis, n. 16. Molina de iustitia, tom. 1. tractatu 2. disputat. 7. n. 16. Ofualdus lib. 10. cap. 13. tit. B. & plurimos referens Pichardus in §. summa autem, Institut. de interdiciis, ex num. 278. ubi quod usufructuarius potest nuntiare novum opus nomine domini proprietatis; & n. 279. addit quod hodie jure Hispano ex l. 1. tit. 3. 1. partita 3. usufructuarius nuntiare poterit novum opus nomine proprio Castill. in tractatu de usufructu, cap. 20. per totum, ubi latissimè disputat, & probat usufructuarius nomine proprietarii, teneri facere omnia quæ diligentissimè paterfamilias facere solet; & num. 10. docet quod ad consequendum usumfructum rectè agere potest adversus quemcumque tanquam procurator in rem suam absque mandato alterius, & similiter n. 11. resolvit quod in his quæ respiciunt usumfructum, dicitur procurator in rem suam, & proprio nomine absque mandato hæredis vel proprietarii liberè agere potest; & tandem n. 12. probat quod respectu proprietatis, aut ipsius rei fructuarie, usufructuarius non dicitur propriè procurator in rem suam, sive procurator generalis, seu generale mandatam habens, sed quoad quædam certa, & determinata, scilicet quæ respiciunt custodiam, defensionem, & administrationem, aut conservationem rei fructuarie, & jurium ejus; nam hæc illi tacitè mandata videntur, quorum respectu tacitum mandata dicitur habere à proprietario, & absque mandato illius agere potest; & n. 13. advertit ipse Castill. quod si non denunciaverit, cum potuerit, proprietario ignorantiam periculum rei, vel utriusque, nuntiationis, vel aliud simile, pertinens ad impensas proprietarii, & tanquam sequuta non fuerit, tenebitur; in quibus omnibus ipse fructuarius

tenebitur non solum de lata, & levi culpa, sed etiam de levissima, cum vide per totum caput, & cap. 21. & 22. & seq. ubi late agit de culpis, & omissionibus quas solent committere fructuarii, & eorum penes.

Ad n. 7. ibi Item adde quod si usufructus, &c.

Pactus pecorum ad fructuarius pertinere, dummodo ex eis suppleantur ea quæ perierunt, ita ut capita principalia sint semper salva si gregis usufructus fuerit relictus, secus si relinquatur usufructus singulorum capitum, tunc enim suppleri non debent, resolvit Gomez. & comprobant Cavale de usufructu mulieris relicto, n. 84. Craff. in §. legatum, q. 30. n. fin. Simon de Præcis de interp. ult. volunt. lib. 4. solus. 5. dub. 10. n. 43. Corn. commentar. juris lib. 4. c. 2. n. 5. Molin. de jess. tom. 1. tractatu 2. disp. 7. n. 3. & sequent. Corraf. lib. 5. miscel. c. 8. n. 4. Pichard. in §. sed si gregis, Institut. de rerum divisione, ubi docet quod si non sint factus pecorum, ex quibus fiat dicta supragregio, tenetur aliunde emere si culpa usufructuarii perierint capita principalia gregis, D. Joannes del Castill. in tractatu de usufructu, c. 27. per totum, ubi benè explicat; & n. 11. asserit, quod si aliqua animalia seu capita gregis sint precepta vel effecta inutilia quamvis sine culpa fructuarii, verumtamen ipse fructuarius subrogare tenetur alia in eorum locum de ipsis foetibus natis durante usufructu, postquam autem subrogata sunt, in continentem efficiuntur proprietarii, & eius periculo percipiunt, ut etiam ait Molina supra, n. 5. si autem aliqua capita fuerint precepta, vel inutilia effecta, absque culpa usufructuarii, et si non sint foetus, ex quibus fiat substitutio, non debet aliunde emere, ut substituat, sed tantum restituere gregem, prout reperitur, tempore usufructus finiti. Et quod pariter ancillæ non pertineat fructuario Amaya lib. 3. observatio num. cap. 1. num. 1.

Quomodo autem intelligatur finitus usufructus gregis, in questione est & communiter tenent Doctores, quod si non fuerint decem oves, gregem non intelligitur, sed ipse Castill. supra, num. finali, cum Connao ubi supra, arbitrat, totum hoc ex regionis consuetudine, & viribus partitionis testatoris esse judicandum junde si pauper homo, qui decem, quindecim vel viginti ovium dominus est, eorum usumfructum legat, etiam in tribus aut quatuor ovibus gregem conservari judicandum est.

Ibi: Item adde quod talis fructuarius tenetur impensas, &c.

Quod usufructuarius teneatur ad impensas, & sumptus modicos, non verò ad magnos qui concernunt perpetuam utilitatem rei, ut hic resolvitur, docent Pinellus in leg. 1. Cod. de bonis maternis, 1. parte, n. 72. Garcia de expensis, & moliorationibus, cap. 11. num. 16. Surdus in tractatu de alimentis, tit. 6. quest. 3. num. 73. & sequentibus Gregorius Lopez in leg. 22. tit. 31. partita 3. Molina de primogeniis, lib. 1. cap. 17. num. 11. Barbosa, in leg. §. finali, ff. soluto matrimonio, numer. 44. Gratianus disceptationum, cap. 128. num. 4. & cap. 194. num. 19. 30. & sequentibus, num. 6. ubi de debito ex causa alimentorum, Sarmiento lib. 3. selectarum, cap. 4. num. 4. Petrus Gregorius in synagmat. lib. 4. cap. 3. num. 10. & alii quamplurimi in unum congesti à Barbosa in collectanea leg. eum ad quem, Cod. de usufructu & habitatione num. 2. ubi n. 6. probat ex multis, quod onera quæ ratione possessionis vel fructuum solvantur etiam si molica non sint, ad usufructuarium pertinent, veluti collectæ, gabella, pensiones, & canones

canones, tributa, & alie præstationes temporales, ex Garcia, & Molina supra & altero Molina de iustitia, dicta disputatione 7. num. 18. & Castill. de usufructu, cap. 56. num. 14. & aliis, de quo videndus omnino est D. Joannes del Castillo dicto tractatu de usufructu, cap. 55. ubi de expensis quæ circa lites fiunt, latissimè agit; & cap. 56. ubi de expensis in adificando, vel reficiendo faciendis, & de expensis gratia colligendorum fructuum, vel ad perpetuam rei utilitatem dissensit; & num. 8. constituit impensam etiam magnam gratia colligendorum fructuum factam ad fructuarius pertinere; & cap. 57. agit an fructuarias, impensam magnam facere teneatur, & postea à proprietario repetere? & an debeat antea denuntiare domino quam expendat? & cap. 58. an onus legatorum solvendorum ad hæredem, an ad fructuarius pertineat?

Item quid dicendum de onere censuum re. imposito? videndus est ipse Castill. in dicto e. 56. num. 15. & Elcobar. de ratiocin. lib. 1. c. 30. n. 16. & Ceval. quest. 747.

Ad numerum 8. ibi: Et resolutio dico, &c.

Fructuarius teneri ad debita proprietarii antea contracta solvenda, si usufructus in ultima voluntate fuerit relictus, secus si per contractum inter vivos; resolvit Gomezius in presenti, ut vides; sed maxima declaratione indiget hæc resolutio, ad quam videndi sunt Crassus in §. legatum, questione 35. per totum; & Covartovias lib. 2. variarum resolutionum, cap. per totum, & optimè declarat Menochius lib. 4. presumptione 143. per totum, Cardinalis Tuschus lit. P. conclusio 321. vide etiam Gratianum disceptationum cap. 62. num. 33. & cap. 350. num. 20. & c. 194. ex num. 2. & cap. 350. n. 20. & cap. 518. ubi de usufructuario omnium bonorum, & cap. 585. n. 21. ubi an agat absque cessione hæredis, & latè, & optimè Castill. in tract. de usufructu, cap. 30. ubi ex pluribus docet, quod si usufructus in certis rebus reliquatur, usufructuarius non tenetur ad debita solvenda, ut probat Covartovias supra, num. 1. Garcia de expensis, cap. 11. num. 61. Menochius supra, n. 5. Parladortus quotidianarum, lib. 2. parte 4. cap. finali. §. 2. n. 6. & num. 2. ampliat ipse Castill. etiam si testator legaverit usumfructum bonorum mobilium, & immobilium, vel partis eorum, adhuc enim usufructuarius ille censetur legatarius rei particularis, & non tenetur solvere æs alienum, quod etiam procedit in usufructuario tertie; vel quartæ partis bonorum, hæc enim ed æs alienum non tenetur cum bona dicantur deducto ære alieno, quod secus erit in usufructuario tertie; vel quartæ partis hereditatis, qui tenetur ad debitorum solutionem pro ea parte; & num. 19. docet idem Auther usufructuarius omnium bonorum conveniri non posse à creditoribus, sed hæredem conveniendum esse, ita tamen quod ex rebus ipsis hæreditariis satisfaciatur ipsis creditoribus, & ita in eis imputatur usufructus; vide eundem Castill. omnino post Menochium, & Covartoviam supra, relatos, qui n. 27. addit, quod sicut fructuarius omnium bonorum conveniri non potest à creditoribus hereditariis, ita enim non poterit ipse debitores hereditarios convenire, sed hoc ad hæredem pertinere; eum vide ibi; & in cap. 8. & novissimè Salgado in labyrintho, 1. parte, cap. 2. §. unico, ubi quod relictus usufructu omnium bonorum uni, & alio instituto hærede universalis, non est dandus curator bonis, sed contra hæredem.

dem debent agere creditores; eum vide, ubi etiam late docet, usufructuarius omnium bonorum esse hæredem, & institutum post ejus mortem; esse fideicommissarium.

Ad numerum 9. ibi: Sed hic non obstantibus, &c.

Proprietarium posse vendere proprietatem sine consensu fructuarii, præterquam si sit filius, qui non potest alienare proprietatem in bonis in quibus patri competit usufructus, resolvit Gomezius, & comprobant late Pinellus in leg. 1. Codic. de bonis maternis, 2. parte, numero 31. Petrus Gregorius in synagmat. lib. 4. cap. 3. num. 23. ubi quod proprietarius potest proprietatem dare pignori, Sardas in tractatu de alimentis, tit. 9. quest. 28. ex num. 60. Molina de iustitia, tom. 1. tractat. 2. disputatione 7. num. 19. Caldas in leg. si curatorem, §. l. §. num. 152. vide Ofualdum ad Donellum lib. 9. cap. 5. lit. M. & lib. 10. cap. 11. Castill. de usufructu, cap. 34. ex num. 3. ubi etiam num. 2. cum multis probat, proprietarium nihil facere posse circa res fructuarias, aut proprietatem earum, quod in damnum fructuarii vertat, & consequenter, nec formam; vel specie aut usum rei fructuarie etiam in melius commutat, nec aliquo modo utendi, & fruendi facultatem impedire, itaque proprietarium posse hypothecare, & contra eum locum habere usucapionem, seu prescriptionem, ut probat ipse Castill. ibidem, num. 8. ubi n. 10. ait, tunc locum habere posse contrariam opinionem (quæ fuit Olttradi, Guilielmi. de Cun. & Sfortia Oddi) quando ex alienatione proprietatis damnus aliquod confidentabile evincere possit usufructuario arbitrio prudentis iudicis, tunc enim citra consensum ejus non possit proprietarius alienare proprietatem, ex Tiravello de tractatu conventionali, §. 2. gloss. unica, num. 52. versicul. Nam licet, vide etiam Gratianum discept. cap. 49. ex num. 23. & cap. 654.

Proprietarium non posse imponere servitutem in re fructuaria, nec amittere, quam antea habebat, docent Petrus Gregorius in synagmat. lib. 4. cap. 3. num. fin. Cujacius recitationum select. in libros Digestorum, in leg. 3. Digest. de servitutibus, Corvinius in eadem leg. 3. num. 17. & 20. usufructuarius autem nec acquirere servitutem potest, cum non sit dominus, ut advertit Dom. Joannes de Castill., dicto tractatu de usufructu, cap. 33. ubi ex n. 8. late disputat de ratione, quare proprietatis dominus, nec consentire quidem fructuario servitutem imponere possit, nisi perquam deterior conditio fructuarii non fiat (de quo etiam Amaya in lege unica, Cod. de venatione venarum fiscalium num. 27.) cum vide ibidem, & in cap. 74. ubi etiam late dissentit an si fructuarius velit locare bona in quibus usumfructum habet proprietarius sit præferendus, & contra si proprietarius velit alienare proprietatem, usufructuarius sit præferendus, & an retractus ratione communionis in his casibus locum habere possit? vide etiam Gratianum disceptationum, cap. 149. num. 6. & 21.

Ad numerum 10. ibi: Et in tantum hoc est verum, &c.

Etiam cum juramento non valere alienationem factam à filio bonorum, in quibus pariter habet usumfructum, resolvit Gomezius hoc numero, & comprobari potest ex relatis supra, numero præcedenti; & quia juramentum non operatur in præjudicium Tertii, ex text. in cap. cum contingat, de iurejurando, & cap. quomodo pallum, &c.



de pãtis in sexto, & ex adductis à Thoma Sanchez in summa lib. 3. cap. 9. num. 38. & 39. vide Caldas Pereira in l. si curatorem, §. lasti, num. 89. & Gratianus disceptationum, cap. 78. i. quem omnino videas.

Ad numer. 11. ibi: In quo articulo resolutivè dico, &c.

Si filiusfamilias efficaciter obligetur, quod executio possit fieri in castrensis, vel quasi castrensis, & in adventitiis quorum usufructus non pertinet patri, non autem in proprietate quando usufructus ad patrem pertinet, resolvit Gomezius ut videt: advertendum tamen est, quod ex dictis contractibus filiorum pater tenetur, quatenus in peculio est, ut latè explicat Petrus Gregorius in synagmate, lib. 19. cap. 15. & alii plures in unum congesti à Pichardo in s. actiones autem 10. Institut. de actionibus, maxime num. 77. & sequentibus, de quibus etiam videndi sunt Gregorius in leg. 4. & 6. tit. 1. partia 5. C. Idas in l. si curatorem, §. lasti, num. 112. Julius Clarus in §. finali, quest. 86. & 78. Boërius decis. 211. & alii plures relati à Valdesio in aditionibus ad S. arez, in l. post rem judicatam, in declaratione legis Regni, versic. Quarto an filius familiaris, num. 1. Parladorus quotidianarum, lib. 1. 2. cap. fin. §. parte, §. 5. num. 24. ubi quid è contra in adventitiis possit executio pro debito patris in usufructu: Gutierrez de juramen. confirmatio. 3. parte, cap. 5. num. 6. vide etiam Carleval. de iudicis, tom. 2. disp. 20. n. 6. & vide infra num. 15. & Salgado de protectione, 4. parte, cap. 8. ex num. 234.

Ibi: Novum tamen, & singulare dubium, &c.

Cessione honorum facta per filium, quod potius debeat servire patri quam creditoribus, resolvit Gomezius, & ita tenet Gutierrez de juramento confirmatorio, 1. p. cap. 18. num. 8. Azevedus in l. 6. tit. 16. lib. 5. Recop. n. 5. Bolanus in Cúria Philippica, 2. parte, §. cession de bienes, num. 14. Gomez Bayo in practica, cap. 59. ubi quod è contra pater non debet tradi filio.

Quamvis filius familias quo tempore erat sub patria potestate, conveniri poterat in solidum pro contractibus eodem tempore factis, præterquam in mutuo, & voto, ut resolvit Gomezius hoc loco, tamen postquam fuerit liberatus à patria potestate, in quantum facere potest, conveniendus est, pro contractibus dicto tempore factis, ex l. 2. Cod. quod cum eo, &c. de quo videndus omnino est Stephanus Gratianus disceptationum forensium, tom. 4. cap. 799. per totum, ubi per viginti tres conclusiones materiam explicat plures referens.

Quando autem filius familias possit existere in iudicio tanquam actor, vel tanquam reus, videndi sunt, Vantius da nullitatibus, tit. de nullitate ex inhabilitate, seu defectu mandati, ex num. 19. Osualdus ad Donel. lib. 17. cap. 26. tit. 1. & seq. Covarruvias lib. 2. variarum, cap. 1. n. 2. Novellus de dote, 6. parte privilegio 34. Pichardus in relectione ad tit. ff. de acquirenda hereditate, cap. 15. n. 9. Gregorius in l. 2. & 7. tit. 2. partia 3. & l. 2. tit. 5. eadem partia, Tusch. lit. F. conclusiones 363. Menochius de recuperanda poss. remedio 15. num. 298. & sequentibus, Barbosa in l. 2. §. quod si in partis, num. 19. & sequentibus ff. soluto matrimonio in l. 3. ibidem, ex num. 6. Castillo de usufructu, cap. 3. ex num. 11. ubi latè, & novissime plures referens Salgado in labyrintho, parte 1. cap. 27. ex n. 22. ubi cum aliis docet, quod pater in adventitiis agit, & conveniri abf-

que consensu filii, cui acta nocent, præterquam si in eis non habeat usufructum.

Ad n. 12. ibi: Sed his non obstantibus, ego re-13 nec contrarium, &c.

Propter delictum confiscatione dignum quod non confiscetur proprietates adventitiorum, in quibus pater habet usufructum, ut hic resolvitur, probant latissime contra alios Chassaneus in consuetudinibus Burgundia, rubrica 1. §. 2. in principio, num. 20. Bernardus Diaz in practica criminali, cap. 132. num. 6. Gigas de crimine lese Majestatis, lib. 2. tit. de penis committentium ad crimen, questione 11. num. 1. Suarez in l. post rem judicatam, notabili 13. num. 5. ubi Valdesius latè, Duënas in regula 275. limitatone 7. Clarus lib. 15. receptarum, questione 78. num. 12. Bossius in praxi, tit. de bonorum publicatione n. 71. & plures referens Farinacius in practica criminali, questione 12. num. 5. quem etiam videas n. 8. ubi de adventitiis in quibus pater non habet usufructum, Azevedus in l. 1. tit. 3. lib. 8. Recopil. n. 212. & optimè ferè infinitos referens Thomas Sanchez in summa, lib. 2. cap. 15. num. 9. postquam, num. 8. alios retulit contrariam opinionem tenentes: ubi num. 10. ampliat in tertia parte bonorum, de qua potest liberè filius in præjudicium patris disponere in hoc Regno, & num. 11. explicat quid dicendum in crimine lese Majestatis; & num. 12. iterum ampliat dictam resolutionem etiam si filius de consensu patris admistrat adventitia, & etiam si compromisso facto inter patrem & filium, arbitri judicent posse filium de eis bonis disponere, & num. 13. iterum ampliat, quamvis pater solum ipem habeat usufructus, ut si bona relicta fuerint filio, reservando usufructum alteri Tertio, cum usufructuario mortuo usufructus ad patrem venire debeat. Quæ resolutio procedit, etiam si filius condemnatus habeat filios, ut docet: ipse Thomas Sanchez dicto cap. 15. num. 5. quem omnino videas, & Carlevalum de iudicis, tom. 2. disputatione 20. num. 6. & Salgadum de protectione, p. 4. cap. 8. num. 236.

Ad numerum 13. ibi: Sed his non obstantibus, &c.

Peculium castrense, vel quasi, posse confiscari ob delictum filii familias, ut hic resolvitur, docuerunt Cald. in l. si curatorem verb. Lasti, n. 12. Simancas de Catholicis institutionibus, tit. 9. n. 13. Azevedus l. 1. tit. 3. lib. 8. Recopilationis, n. 210. Camtera in tit. de questionibus tangentibus punitionem delictorum, cap. 1. num. 40. & alii ab ipis relati, & à Valdesio in additionibus ad Suarez in leg. post rem judicatam, notabili 13. num. 2. sed verior & probabilior mihi videtur contraria opinio; imò dictum peculium castrense, vel quasi, non posse confiscari ob delictum filii, sed deserti tunc patri in solatium patrie potestatis, etiam si tali filiofamilias superstes sit filius, adhuc enim patri desertor tale peculium, ut probant Boërius decis. 7. num. finali, Lupus in rubrica de donationibus inter virum, & uxorem, §. 66. num. 24. Bernardus Diaz, in practica canonica, cap. 112. n. 6. Covarruvias lib. 2. variar. cap. 8. num. 7. Bossius in practica, tit. de bonorum publicatione, num. 71. Clarus lib. 5. receptarum, quest. 78. num. 13. Menochius de recuperanda poss. remedio 9. num. 70. Duënas regul. 275. limitat. 7. Mendez in leg. cum oportet, Codic. de bonis qua liberis; num. 84. Farinacius in praxi questione 24. in tit. de delictis, & penis, num. 11. & 13. & Fachinæus lib. 9. controversiarum, cap. 94. & ferè infinitos

Infinitos referens Pater Thom. Sanchez in summa lib. 2. cap. 13. num. 4. ubi ampliat; contra Farinacium, etiam in crimine lese Majestatis; & n. 3. etiam ampliat; filius condemnatus habeat filios; nam adhuc pater occupabit peculium castrense jure peculii, & etiam quasi castrense, quia vivens hæredem non habet, sed post mortem, quo tempore jam pater id filii peculium acquirit, vide Collam in l. qui duos, §. cum bello, & l. p. avris, num. 11.

Ad num. 14. ibi: Non confiscatur peculium profectitium, &c.

Quod ob crimen filiofamilias non confiscetur peculium profectitium, ut docet Gomezius, tenent supra citati, non procedenti, maxime Boërius decis. 7. nem. final. Lupus in rubrica, de donationibus inter §. 66. num. 24. Covarruvias lib. 2. variarum, cap. 8. num. 7. versic. Sic delinquente filio, Bernardus Diaz in practica, cap. 132. num. 6. Duënas regul. 275. limitatone 7. Menochius de recuperanda poss. remedio, 9. n. 97. Cald. in l. si curatorem, verb. Lasti, n. 118. & 152. Clarus dicta questione 78. num. 11. Azevedus l. 1. tit. 3. lib. 8. Recopilationis, n. 210. Farinacius a. quest. 24. tit. 3. & alii plures relati, & sequuti à Thom. Sanchez in summa, lib. 2. dicto cap. 15. num. 17. ubi num. 18. ampliat si filius haberet à parte facultatem donandi, seu dissipandi peculium, quia predicta confiscatio ob delictum non comprehenditur in donandi, seu dissipandi facultate, sic Joannes Lupus, Caldas & Farinacius in locis supra relatis.

Adde tamen, quod si filiusfamilias Judex factus tutorem pupi lo dedit, & non curavit satisfaci re pupilli salvam fore, hoc casu pater de peculio tenetur, ex Text. in l. honores 7. §. is qui, ff. de Decurionibus, l. 1. §. fin. ff. de magistratib. contentendis: si verò in ius que ad Republicam principaliter pertinent in administratione muneris publici deficiat, vel culpam committat, tunc pater in solatium tenetur deficientibus bonis filii, & l. 1. C. de Decurionibus, lib. 10. ubi id latè profertur D. Franciscus de Amaya, post Menochium lib. 2. de arbitratu casu 345. ex n. 8. Pichardus Donel. & Cujacium ab eo relatos; & hoc casu si sciat, & non contradicat pater, pro consentiente habetur, ut ex Barbosa in leg. cum dotem, §. trahit, & aliis, probavit idem Amaya ubi supra, num. 5. quod totum optimè explicat D. Larrea allegat. fiscalis 112. quali per totum, omnino videndus.

Ibi: Imò quod magis est, licet pater committat delictum, &c.

Etiam ob delictum ipsius patris confiscari non potest peculium profectitium, ut hic resolvitur, docet Covarruvias lib. 2. variarum, cap. 8. num. 7. versic. Hinc apparet; Suarez in l. post rem judicatam, notabili 13. num. 6. & 9. Duënas in regul. 275. limitat. 7. Clarus lib. 5. receptarum, questione 78. num. 14. Menochius de recuperanda poss. remedio, num. 73. Farinacius in praxi, quest. 24. n. 16. & alii plerumque quos refert, & sequitur Thomas Sanchez in summa, lib. 2. cap. 16. num. 21. ubi num. 20. refert tenentes contrariam opinionem, & explicat Text. in l. 3. §. sed utrum, ad finem ff. de minoribus; & n. 21. comprobat optimè doctrinam nostri Gomezii intelligentis dictam resolutionem indistinctè, modò filiofamilias ex delictu patris efficiatur sui juris, modò non; & num. 23. ait, prædictam conclusionem procedere etiam in crimine lese Majestatis; & num. 24. concludit in hoc casu credentes patris præferens

dos esse filio in peculio profectitio, si ex ceteris bonis patris non possit eis solvi: cum vide.

Ad num. 15. ibi: In quo articulo breviter, & re-16 solutivè dico, &c.

Fructuarium non posse vendere, vel donare usufructum nisi de voluntate proprietarii (quo casu novus usufructus videtur constitutus) commoditatem verò, & perceptionem fructuum posse vendere, vel cedere, resolvit Gomezius, & latè comprobant Cujacius in §. finitur, Institut. de usufructu, & ad Ulpianum in fragmentis, tit. 19. Manchaca de successione creatione, lib. 1. §. 7. n. 40. Parladorus differentia 29. num. 7. & 9. Matiezo in l. 15. tit. 11. glossa 3. num. 4. lib. 5. Recopilationis, Monter à Cueva decis. Regni Aragonum, decisione 46. ex numer. 9. Cancercius 3. parte, variarum 3. cap. 7. num. 47. & quos refert D. Larrea allegatione fiscali 110. num. 4. & alii plures in unum congesti à Pinello in l. 1. Cod. de jure matris, 3. parte, num. 38. qui omnes probant usufructuarium non posse usufructum alienare: alii verò distinguunt jus usufructus non posse alienare, commoditatem posse. (ut ait Gomezius) hi sunt plures congesti ab eodem Pinello dicto num. 38. versic. Alii distinguunt, nec non Oroscius in l. si tibi decem, §. pactum, n. 2. ff. de pãtis, Quésada diverfarum questionum, cap. final. n. 16. Garcia de expensis, cap. 10. ex num. 28. usque ad 45. Spino in speculo gloss. 13. principali, num. 61. Barbosa in l. usufructus, ff. soluto matrimonio, ex num. 1. & hanc tenet Monter à Cueva dicta decis. 46. Carlevalus de iudicis, tom. 2. disp. 20. numer. 8. & alii ferè infiniti penes ipsos (qui etiam docent, quod si fructuarium simpliciter alienat usufructum, vel jus usufructus, in dabbio intelligitur alienare commoditatem tantum, hec dicat se vendere usufructum, vel jus usufructus, ut potius actus valeat, & pena amissionis evitet: quod locum habere non posse aiunt, si usufructuarium dicat, quod vendit universum jus usufructus quod habet vel totum jus usufructus, vel quidquid juris habet; quia tunc sumus in claris, & non datur locus conjecturis) Pichard. in §. finitur, Institut. de usufructu, num. 14. Barbosa in collectan. l. 9. Cod. de usufructu, & ferè infinito referens Thomas Sanchez in summa, lib. 7. cap. 13. num. 14. & seqq. ubi benè explicat; & n. 22. probat ex l. 24. tit. 31. parte 3. amitti in hoc casu usufructum; vide etiam novissime post hæc scripta Salgad. in labyrintho, 3. parte, c. 1. ex num. 25. ubi idem tenet post Larream decis. Granatens. 20. num. 3. Sed contrariam sententiam, imò usufructum, seu jus usufructus alienari, veadique posse, probat cum multis questionem hanc explicans, D. Joannes del Castillo in tractatu de usufructu, cap. 69. per totum, ubi n. 17. docet quod venditio, seu alienatio usufructu, nihilominus persona fructuarium alienantis inspicitur, ad cujus vitam jus alienatum restringitur, ut non amplius exeat penes eum in quem fructuarium alienavit quam existet penes ipsum alienantem, nec novus usufructus intelligatur constitutus, tantum enim venditur idem jus quod fructuario competeat pro vita ejusdem limitatum; & n. 19. ait, usufructuarium non posse cedere usufructum personæ extraneæ, quamvis possit illum vendere, ut dictum est, vel alio modo concedere, quia cessio importat abdicatorem omnimodam, quæ in prædicto casu locum habere non potest, cum usufructus sit servitus personalis, quæ personæ ipsi coheret, si autem cessio de facto fuerit concessa, inutilis erit.



nec propter eam, penam amissionis incurret fructuarius, ex pluribus, quos optime confutat ipse Castillo num. 21. cum vide ibi, & cap. 70. ubi de hypo heca usufructus, & Valdesium ad Suarez in l. post rem, versicul. Potest etiam addi; & Morlam in empirio tit. 5. de servitutibus, quast. 1. ex num. 14.

Item quod usufructus possit locari, probat cum multis Thomas Sanchez dicto cap. 13. n. 16. ubi quod non potest hypothecari, de quo etiam Salgado supra.

17 Ad num. 16. ibi: Sed his non obstantibus, &c.

Ob delictum fructuarii posse confiscari commoditatem, seu perceptionem fructuum non autem ipsum jus usufructus, cum sit inalienabile, resoluit Gomezius, & tenent Chailaneus in consuetudinibus Burgundia, rubrica 1. s. 2. in principio, num. 17. Simancas de catholicis institutionibus, tit. 9. num. 9. Garcia de expensis, cap. 10. num. 47. Peregrinus de iure fisci, lib. 5. tit. 1. num. 73. & 116. Sordus de alimentis, tit. 8. privilegio 59. num. 2. & 21. Farinac. in praxi, quast. 25. m. 149. Molina de iustitia tomo 1. disputatione 9. versicul. Ex dictis facilius, &c. & plurimos referens Thomas Sanchez in summa, lib. 2. cap. 16. num. 4. ubi num. 5. ait quod si fructuario expresse interdicta fuerit usufructus alienatio, distinguendum erit, nam si prohibitio facta fuerit in favorem aliorum, non confiscabitur usufructus, secus si in ipsius delinquentis favorem; & num. 7. & 8. alias limitaciones, & declarationes adducit; & num. 9. & sequentibus, late disputat an ob crimen patris possit confiscari usufructus quem habet in adventitius filii, in quo Farinacius in praxi quaestione 24. num. 34. distinguit, quod si delictum patris est tale, quod inducat maximam, vel meliorem capitis diminutionem, & sic solvatur patria potestas, tunc usufructus consolidatur cum proprietate filii: si vero delictum non est tale, usufructus commodatus a filio durante vita patris pertinebit: quod etiam probavit Fachineus lib. 9. controversiarum, c. 50. quod intelligendum est iuxta ea, quae numero precedenti sunt dicta: vide etiam Valdesium supra.

18 Ad num. 17. ibi: Et resolutivo dico, &c.

Quod morte fructuarii finitur usufructus, ut hic resolvitur, docent late explicant Connanus commentariorum iuris civilis, lib. 4. cap. 6. num. 1. Valascus consultatione 66. num. 23. Menochius consilio 101. num. 26. lib. 3. ubi ostendit usuram usufructus repugnare, quod morte fructuarii non finitur: Petrus Gregorius in synagm. lib. 4. c. 1. num. 7. Gregorius Lopez in l. 24. tit. 31. part. 2. Molina de iustitia, tractatu 2. disputatione 9. num. 1. late Thomas Sanchez in summa, tom. 1. lib. 7. cap. 13. ubi etiam de amissione usufructus per professionem Gratianus disputationum, cap. 138. & cap. 203. num. 39. ubi quod si ipsa res empta ab usufructuario retrahatur, usufructus reviviscit; item Pichard. in relevatione l. Gallus, in principio, cap. 7. ex n. 91. ubi de majoratu an per professionem transeat in successorem? Usual. ad Donel. lib. 10. cap. 8. lit. G. Narbon. de etate anno 25. quast. 76. num. 3. & 4. & questione 78. ubi quod usufructus adventitiorum non pertinet filio, ex eo quod pervenit ad 15. annum: post Azeved. in l. 9. tit. 1. lib. 5. Recop. Pichard. in §. finitur, Instit. de usufructu, tractatu 2. disputatione 9. num. 1. Thomas Sanchez in summa, cap. 13. n. 5. lib. 7. Perez de Lara in compendio vicia hominis, cap. 3. ex cap. 31. ex num. 80. Fachneus, & alii relati, & sequenti a Narbona in tractatu de etate, anno 100. ubi num. 17. laudat nostrum Gomez.

ubi n. 7. probat ipse Castillo, quod morte usufructuarii finitur naturalis possessio quae apud eum erat, & civilis proprietariis ad se trahit illam: & n. 13. rationes tradit, quare usufructus morte fructuarii finitur, non vero morte proprietarii: & num. 15. probat inutiliter legari usufructum cum morietur legatarius: & n. 19. & sequ. agit de usufructu relicto Civitati, Reipublice, aut Ecclesiae, & aliis similibus, & quod tantum duret centum annis, & in quo differat hoc legatum a legato annuo perpetuo, vel simpliciter relicto: & n. 21. de usufructu fisco relicto: & in capit. sequ. late agit de aliis modis quibus usufructus amittitur: & c. 64. an per ingressum Religionis, professione sequuta: quod etiam profertur in c. 65. Barbosa in collect. aub. ingressi, c. de iure. Eccell. n. 41. ubi quod usufructus non finitur per professionem, sed in Monasterium tranfit: & quid decedendum in usufructu adventitiorum, patre, vel filio proficente in Religione (de quo Sanchez supra) & in l. 6. c. de usufructu. ubi etiam modos enumerat ipse Barbosa quibus usufructus finitur, & an si usufructus pluribus relinquatur, mortuo uno an illius pars socio accrescat: de quo dictum manet, supra, tom. 1. c. 10. iure accresce. in additione ad n. 41. iterum ipse Barb. in l. 17. c. de usufructu, ubi de usufructu relicto servo alieno, vel filio familias, quod ejus morte non extinguatur: de quo etiam Canc. var. 1. p. c. 11. ex n. 41. Salg. de revent. Bull. 1. p. c. 110. §. n. 7. ubi quod usufructuario emente proprietatem, si postea retrahatur a consanguineo haec proprietates, usus fructus remanet ut antea.

Ad num. 18. ibi: Ex quo primo inferitur, quod 19 etiam si partes, &c.

Etiam si partes conveniant ut usufructus transeat ad haeredes, hoc intelligendum est de primis, & non de ulterioribus: ita docent, & explicant Titaq. de retractu consent. §. 1. gl. 6. n. 22. Mant. de consuet. ult. vol. lib. 8. tit. 14. n. 21. Simon de Praxis de interpret. ult. vol. lib. 3. fol. 5. n. 29. Thomas Sanchez in summa, lib. 7. cap. 13. n. 5. & 60. Cancius variarum, parte, cap. 21. num. 345. Gutierrez de juramento confirmatorio, 1. parte, cap. 48. num. 8. & 9. Barbosa in l. quia tale, ff. soluto matrimonio, num. 34. & alii plures in unum congesti a Barb. in collectanea leg antiquitatis 14. Cod. de usufructu, nec non Castillo in tractatu de usufructu, cap. 61. num. 25. & sequentibus, & addit Barbosa ibidem, num. 2. quod si testator legat proprietatem deductu usufructu, mortuo primo haerede, cui intelligitur retentus usufructus, finitur ipse usufructus, & consolidatur cum proprietate, Pichardus in §. finitur, Instit. de usufructu, num. 6. vide supra, cap. 11. num. 15.

Et supradicta resolutio intelligitur, sive fiat mentio haeredis in singulari, sive in plurali, ut cum supra, allegatis observat Castillo dicto n. 25. & Pichardus supra.

Item circa tres sequentes illationes nostri Gomezii nempe de usufructu alicui legato cum morietur, & de usufructu relicto civitati, municipio, vel Ecclesiae, vel pio loco; & de legato annuo relicto videndi sunt Castillo, & ab eo relati in dict. c. 61. de usufructu, ubi latissime dictas illationes profertur, ex num. 15. Thomas Sanchez in summa, cap. 13. n. 5. lib. 7. Perez de Lara in compendio vicia hominis, cap. 3. ex cap. 31. ex num. 80. Fachneus, & alii relati, & sequenti a Narbona in tractatu de etate, anno 100. ubi num. 17. laudat nostrum Gomez.

Ibi: Secundo modo amittitur usufructus morte civili, &c.  
Et ibi: Possit tamen ista sententia, & conclusio procedere, &c.

Nostrum Gomez. in praesenti errore lapsus, quatenus existimat hodie procedere non posse decif. Text. in l. corruptionem 16. C. de usufr. nec non Text. in l. 24. tit. 31. part. 3. ac proinde usufructum non finiri maxima vel media capitis diminutione, cum nemo efficiatur servus poenae per sententiam, advertit Castillo in tract. de usufructu. c. 86. ex n. 23. & similiter errasse Covarruv. in rubric. de testam. 3. part. n. 27. ideoque bene probat ipse Castillo, etiam hodie locum habere posse dictam decisionem l. corruptione, C. de usufructu, licet damnatio in metallum, aquae, & ignis interdictione, & deportatio, quibus media, & maxima capitis diminutio contingebat; non sint in usu cum aliae in eorum locum fuerint subrogatae, quae maxime aut mediae capitis diminutioni aequivalentur; veluti si quis perpetuo relegatur in insulam, exempli gratia à Oran, vel aliam similem: vel condemnatur perpetuo ad triremes, vel ad perpetuum carcerem in quibus casibus, & aliis similibus, ut locum habeat dicta decisio, necessarium erit ut per sententiam bona adimantur delinquenti, ob istam enim rationem, amissionem scilicet bonorum, usufructus amittebatur media vel maxima capitis diminutione, ex qua bonorum confiscatio indegebatur; de quo etiam videndi sunt Pichardus in §. finitur, Instit. de usufructu, num. 82. Molina de iustitia, tract. 2. disputatione 9. num. 2. & alii relati a Barbosa in collect. dista l. Corruptionem, num. 13. & post omnes Pater Thomas Sanchez in summa lib. 2. cap. 16. num. 7. ubi num. 8. advertit cum Molina supra, & Rebello de iustitia, parte 1. lib. 1. quaestione 7. sectione 1. num. 22. in hoc Castella Regno, & in Lusitania usufructum pertinere ad filium, etiam si delictum, & condemnatio sint talia, ut de iure communi in eis finendus esset usufructus, & reditus esset ad proprietarium; cum vide, & Pichardum in relevatione l. Gallus, principio, cap. 7. ex num. 115.

20 Ad num. 19. ibi: Et videtur quod sic, &c.

Quod usufructus consolidatus cum proprietate, dicatur venire ex causa lucrativa, etiam si titulus originalis sit onerosus, resolvit hic Gomezius; & docent Benedictus in c. Raynuntius, verbo Et uxorem nomine Adelasiae, n. 291. Paralta in l. haeredem ff. de legatis 2. n. 101. & in l. Movius §. duo num. eod. tit. ex n. 29. Matieo in l. 2. tit. 9. lib. 5. Recop. gloss. 1. n. 91. & 92. Pichard. in §. si qui fundus 1. Instit. de legatis, & Castillo in tract. de usufructu, cap. 76. n. 2.

Ibi: Ex quo singulariter potest deduci, &c.

Et ibi: Sed his non obstantibus, &c.

Quod usufructus consolidatus constante matrimonio non dividatur inter maritum, & uxorem sed illi acquiratur cujus erat proprietates, ut hic resolvitur, docent Gregorius Lopez in l. 18. tit. 1. part. 4. Covarruvias de sponsalibus, 2. part. cap. 7. §. 1. n. 9. Matienzo in d. l. 2. tit. 9. gloss. 1. lib. 5. Recopilationis, num. 87. Alvarado de conjuratione mente defuncti. lib. 2. cap. 4. n. 20. Aiora de partitionibus, cap. 8. num. 20. 1. part. Gutierrez lib. 2. practiarum, quast. 116. Azevedus in dicta l. 2. tit. 9. num. 9. & 23. lib. 5. Barbosa in l. 1. ff. soluto matrimonio, 1. part. num. 55. & eos referens Castillo dict. c. 76. n. 3. ubi veriorum, & tenendam hanc sententiam affirmat: & vide post haec

scripta Salgadum in labyrintho creditorum part. 1. cap. 25. num. 58.

Ad numerum 20. ibi: Aliud est promissio servitutis, &c.

Diversas res esse promissionem servitutis, & ipsam servitutem: ex promissione namque servitutis solum nascitur obligatio personalis ut ipsa servitus constituatur, ex constitutione vero servitutis jus quoddam reale causatur: praeterquam quod notum est in Jure, ex novissimis principis docent, & exornant Capol. de servitutibus, urbanorum, cap. 38. num. 7. Corrales in l. 4. ff. de servitutibus, num. 7. Castillo, in tractatu de usufructu, cap. 10. ex num. 19. ubi num. 20. ait, quod sine praedictis servitus constitui non potest recte tamen servitutem promittere potest, qui praedium, non habet; cum ex constitutione servitutis jus reale causetur, quod subsistere non potest nisi ad sit res qua resideat: & similiter inferit ipse Castillo cum Corraho supra, quod futuro edificio servitus acquiri, vel imponi potest.

Ad numerum 21. ibi: in quo dubio, & difficultate, &c.

De ratione quare in constitutione hypothecae ex solo titulo seu conventione transeat jus in re, elegans profecto mihi videtur annotatio Suarez, hoc loco, lit. G. vide etiam Sautam in repositione §. actionum, cap. de pignoratitia, 4. & 17. & Pichardum Instit. de obligationibus ex consensu, num. 9. & Molinam de iustitia, tomo 1. disputatione 2. circa finem, & tom. 2. disputatione 254. num. 14. Mantica de tacitis convention. lib. 1. tit. 3. num. 2.

Ibi: Et si queras qui effectus resulent, &c.

Effectus, & illationes, quas hoc numero congruit noster Gomezius, procedunt ex illo principio vulgari, quo docemur, quod actiones seu obligationes personales non transeunt in successorum: de quo vide notata supra, in cap. 3. n. 10. & Guzman in tract. de evictiombus, quast. 11. per totam, Soulem in titulo de pallis, articulo 9. quast. 1. num. 14. Castillo de usufructu, cap. 37. D. Joseph. Vela dissert. 13. ex n. 50. & dissertat. 20. ex n. 7. Tufchum lit. A. conclus. 99. per totam, Duenas in reg. 8. & alii passim.

Ad num. 22. ibi: Tamen perempta, & extincta ipsa re, &c.

Actionem, & obligationem personalem, causatam respectu certae rei, extingui extincta ipsa re, resolvit Gomezius optime explicans decemionem Text. in leg. Titia textoris Digest. de legatis 1. in §. finali, de cujus explicatione, & exornatione videndi sunt, Segura in l. si ex legati causa, num. 149. ff. de verborum obligationibus, Duenas in regula 176. limitatione 2. Covarruv. lib. 2. variarum, cap. 4. n. 14. bene explicans, Matienzo in l. 1. tit. 11. lib. 5. Recop. glossa 8. ex num. 27. Gutierrez lib. 2. practiarum, quast. 136. num. 1. (ex regula colligunt ipsi, & plures alii in unum congesti ab Hermouilla in l. 56. tit. 5. part. 5. glossa 10. num. 1. quod re perempta apud emptorem absque ejus culpa, non potest venditor contra eum agere ad supplementum iusti pretii, ex remedio l. 2. Cod. de resuscitanda vendit.) Morla late in empirio, tit. 8. quast. 11. per totam, ubi plures considerat casus, qui omnino videndus est; ubi num. finali distinguit quod aut quis est debitor quantitatis respectu certae speciei, quam ab alio susceperat, & hoc casu non liberatur ipse rei interitu; aut est debitor respectu rei, quam ipse dare debet, ejus tamen solutione non liberaretur, tunc ea perempta durat adhuc obligatio quantitatis.



quantitatis: si vero quantitas debeat ratione certae speciei, eius solutione poterat reus se liberare ab obligatione quantitatis, tunc eius interitu sine culpa sua liberatur: cum vide.

24 Ad num. 23. ibi: Et magistraliter, & resolutivo dico quod dupliciter, &c.

Traditionem in servitutibus, & iuribus incorporalibus dupliciter fieri posse: primo, si quis mittatur, seu inducatur in fundum, qui debet servitute de voluntate domini constituentis servitutem: secundo, si quis utatur servitute cum scientia, & patientia debitoris, resolvit Gomezius, & comprobant Antonius de Leon in l. 5. ff. de servitutibus, num. 3. fin. & optime explicans laudansque nostrum Gomez Castill. in tract. de usufructu, c. 12. ex n. 19. ubi n. 35. docet, usufructum, necnon ceteras servitutes praediales traditas videri, atque earum jus, & possessionem quaeri, si debitor servitutis creditorem induxerit in fundum qui servitute debet quamvis aliud factum non intercedat: vide etiam Postium de manutenendo, observat. 20. n. 19. & observ. 34. num. 3. & observ. 21. n. 19. & vide Fachin. lib. 11. c. 56. ubi quod quasi possessio in servitutibus transfertur onus probandi in adversarium contra alios.

Ibi: Secundus igitur modus, &c.

Secundus modus (ut diximus) est quando quis utitur servitute, sciente & patiente domino praedii servientisita docent Cortalium in l. quoties, ff. de servitutibus, num. 9. Antonius de Leon in dista l. 5. eodem titulo. 2. Cujacius etiam in d. l. quoties, Gregor. Lopez in l. 1. tit. 3. part. 3. & alii plures relati, & sequuti a Castillo d. cap. 12. ex num. 26. quem & videas & Cancero. variar. 3. parte, cap. 4. ex n. 158. & n. 161. & 164. & seq. & Postium de manutenendo, observatione 40. latissime.

Ibi: Ex quibus infero singulari, &c.

Veram, & frequenter approbatam appellat hanc illationem Suarez in suis annotationibus, hic litera M. referens Covarruviam in cap. possessor. 2. part. in principio. (quem videas, & alios plures relatos infra, num. 26. & Cancero. 3. part. c. 4. ex num. 185.)

25 Ad num. 24. ibi Libertas vero praescribitur, &c. Vide Gomez Bayo in praxi, libro 1. cap. 24. num. 192.

Ad eandem num ibi: Servitus vero mixta, ut est usufructus, &c.

Usufructum, quem servitutem personalem esse, diximus supra num. 2. praescriptione acquiri posse spatio decem annorum inter praesentes, & viginti inter absentes, cum titulo habito a non Domino, resolvit Gomezius, & docent late explicantes, Capol. de servitutibus urbanorum, cap. 19. num. 9. versiculo, Quartus casus, & cap. 20. n. 6. Avendañus in cap. 1. praxium, num. 20. Balbus de praescriptione, 2. p. 4. partis principalis, quaestione 2. num. 6. & sequentibus. Padilla in l. 1. c. de servitutibus, num. 24. versic. Quartum intellectum: & num. 30. & alii plures in unum congesti a Barbosa in collectanea ad l. 2. Cod. de servitutibus, & plures relati a Pichardo in §. a quo si agat Insti. de actionibus, num. 11. & Gomez Bayo, in praxi, cap. 24. n. 174. & 192. ubi de servo qui per viginti annos stetit in libertate, de quo etiam Thomas Sanch. in consil. Moral. lib. 1. c. 1. dubio 7. Castillo in tract. de usufructu, c. 68. ubi laudat nostrum Gomez in praesenti: & docet, quod etiam nulla interveniente scientia, & patientia adversarii praescribitur, & acquiritur usufructus adversus dominum proprietatis, & num. 3. cum nostro Gomezio transit, in quantum dicit, quod ex quasi pos-

sessione civili, quam habet fructuarius in ipso iure, procedit praescriptio, de quo etiam Padilla in l. 2. Cod. de servitutibus, num. 31. Cevallos 9. 630. ubi an praesumatur bona fides in praescriptione incorporalium? Morla in emp. tit. 6. q. 4. n. 27. in parte dissentiens a Gomez vide etiam Scaccia de iudiciis, lib. 2. c. 9. ex n. 447. & Parlador lib. 1. quovid. c. 1. §. 8. & Postium supra.

Ibi: Ex quo singulariter, & nulliter inferitur, &c.

De praescriptione jurisdictionis, de qua in praesenti agit noster Gomez, quia materia amplissima est, videndi sunt Covarruvias in regul. possessor, 2. parte, §. 1. & §. 3. & in praedictis, cap. 1. num. 10. Cancero. 3. part. cap. 4. ex num. 126. Gratianus regula 369. Scaccia de iudiciis, lib. 1. c. 9. n. 448. Avendañus de exequendis mandatis, 1. part. cap. 1. ex c. 2. late Matienzo in l. 1. tit. 10. lib. 5. Recop. gloss. 10. & ibi Azevedus, & in l. 1. tit. 1. lib. 4. Recopil. ex n. 2. late explicans Morla in emp. tit. 2. ff. de jurisdictione omnium iudicum, in praesenti ex num. 62. ubi probat, quod in praescriptione contra privatam, non contra Regem sufficit praescriptio decem vel viginti annorum, cum titulo & bona fide: in praescriptione autem contra Regem, requiritur immemorialis, vel quadragesimaria cum titulo: de quo etiam iterum agit ipse Morla in tit. 6. quaest. 4. ex n. 38. ubi an hoc casu requiratur scientia & patientia eius contra quem praescribitur? de quo plura D. Larrea allegat. fiscali 16. num. 24. & Cevallos quaest. 46. Fachin. lib. 8. cap. 23. & libr. 13. cap. 81. Salgado de protectione, 3. parte, cap. 10. num. 293.

Ad numerum 25. ibi: Servitus vero mere realis, &c.

Servitutem realem continuam, vel quasi, praescribi decem annis inter praesentes, & viginti inter absentes interveniente bona fide, etiam absque titulo, dummodo adsit scientia & patientia adversarii contra quem praescribitur, praeterquam si praescribens habeat titulum a non domino, tunc enim non requiritur scientia, & patientia, ut resolvit Gomez noster docet Cepola in tractatu de servitutibus, cap. 20. Parladorus quotidianarum lib. 1. cap. 1. §. 8. & §. 9. num. 1. Avendañus c. 1. praxium, num. 20. Gratianus in regula 207. ubi plures refert Barbosa in collectanea ad l. 1. & 2. Cod. de servitutibus, ubi num. 14. cum Menochio de retinend. poss. remed. 6. n. 134. Mascard. & alii, docet non desiderari titulum in praescribenda servitute, & in l. 3. eodem titulo. Tuschus litera S. conclusionem 224. & alii plures relati a Pichardo in §. a quo si agat, Insti. de actionibus, num. 11. Cevallos quaestione 47. ubi etiam alios plurimos refert; sed ut vides a nostro Gomezio dissentit Suarez hic, in suis annotationibus, lit. O. alios referens docentes, titulum requiri: de quo videndi sunt. Morla in emp. tit. 6. quaestione 4. ex num. 20. Castillo in tractatu de usufructu, cap. 68. ex num. 16. Fachin. lib. 13. controvers. cap. 83. Cancero. 3. part. cap. 4. n. 45. & seq. quae autem servitus dicatur continua, vel discontinua: explicat Pichardus in §. a quo si agat, Insti. de actionibus, vide etiam Scaccia de iudiciis, lib. 2. cap. 9. n. 447. & Morlam tit. 6. num. 48.

Ad num. 26. ibi: Servitus vero realis mere discontinua, &c.

Servitutem realem mere discontinuam non praescribi tempore ordinario, sed immemoriali in qua non requiritur scientia & patientia adversarii, praeterquam si praescribens habeat titulum ab aliquo Tertio, quia tunc bene potest praescribere tempore

tempore ordinario: resolvit Gomezius hic, & comprobant Tuschus lit. S. conclus. 224. Covarruvias variarum lib. 1. cap. 17. num. 11. & quos refert Cortalium in l. servitutibus, ff. de servitutibus, numero 3. Balbus in tractatu de praescriptionibus, 2. parte p. 4. principalis, quaest. 1. per totam, Padilla in l. 2. Cod. de servitutibus, & Castillo in tractatu de usufructu, cap. 68. ex num. 17. in quo contrarium docet Suarez hic in annotationibus, litera P. Parlador lib. 1. quotidianarum, cap. 1. §. 8. num. 9. qui distinctionem continuae, & discontinuae improbat; & alios referens, Morla in emp. tit. 6. quaest. 4. n. 14. & seq. vide etiam Fachin. lib. 8. controvers. cap. 22. ubi late disputat, & Barbosa in collectanea ad l. 1. Cod. de servitutibus, Cancero. 3. part. num. 46. & quos refert Pichard. in §. a quo si agat, Insti. de actionibus, num. 11.

Ibi: Secus tamen est in servitutibus negativis, &c.

In servitutibus negativis praescriptionem tunc incipere quando prohibito praecessit, & sequitur consensus, & tolerantia alterius, ita docent communiter Doctores, Barbosa in collectanea l. 1. Cod. de servit. Escobar. de rationibus, cap. 41. n. 6. & alii, & Morla in emp. tit. 6. quaest. 14. n. 45. & late Cancero. 3. part. c. 4. ex n. 139. D. Larrea alleg. fiscal. 16. num. 24.

Ibi: Et ex hoc forte dicitur, &c.

De praescriptione immemoriali, & quod habeat vim tituli, & alia Gomezius noster in l. 41. Tauri, Covarruv. in regula, possessor, 2. parte, §. 3. & §. 8. ubi an procedat cum mala fide? de quo etiam Fachin. lib. 8. controvers. c. 26. & lib. 13. cap. 82. ubi utrum requiratur scientia, & patientia adversarii? Matienzo late in l. 1. tit. 7. lib. 5. Recopilationis, Anastasius Germon. de immunitate, Ecclesiast. cap. 9. versic. Ad secundum principale, ubi quod immemorialis non prodest incapaci. Salgado de protectione Regia, 1. p. c. 10. ex n. 285. ubi quod non procedit ex titulo infecto, seu injusto principio, vel ex mala fide; Pareja de editione instrument. tit. 2. resol. 2. ex num. 62. & tit. 5. resolutione 9. ex n. 106. Otalora de nobilitate, 3. p. c. 7. Garcia de expensis, c. 9. iterum Pareja tom. 2. tit. 7. resol. 9. ex n. 56. & tit. 9. resol. 2. ex n. 14. & tit. 10. resol. 2. ex num. 34. Cancero. 4. p. c. 4. num. 39. & seq. Gomez Bayo in praxi, cap. 24. ex num. 215. ubi etiam in quo differat haec praescriptio a centenaria; Farinacius decis. 344. post librum 2. consiliorum, & decis. 369. Molin. de iust. tom. 1. disp. 76. Menchaca illus. c. 85. n. 4. ubi quod immemorialis possessio tenet possessorem, etiam contra eum, qui fundat intentionem suam de iure; Barbosa de iure Ecclesiastico, lib. 3. c. 12. ex num. 69. Tuschus lit. P. conclus. 550. & duabus seqq. Larrea decis. Granat. 44. num. 24. Noguero. allegatione 38. ex num. 40. & allegat. 39. ex n. 7. Postius in decis. 541. post tractatum de manutenendo, num. 5. & 6. decis. 513. num. 2. & plures etiam referens Castillo de usufructu, c. 68. n. 14. & 15. Morla tit. 6. quaest. 4. n. 3. ubi quod exclusae praescriptione, non excluditur immemorialis; & n. 20. quod habet vim tituli, & privilegii, Noguero allegat. 26. n. 320. Salgado in labyrintho, 1. p. c. 40. ex num. 58.

Item in immemoriali praescriptio locum habet in actibus mere facultatis, ut ex innocentio, & reliquis in c. cum Ecclesia Surina de causa possessionis & propriet. ait D. Larrea allegat. fiscal. 94. n. 8. licet regulariter in eis alia praescriptio non sufficiat, ut ipsemet docet allegat. 50. n. 27.

Ant. Gomez. Variar Resol. Tom. I I.

& allegatione 92. n. 6. ubi quod nec consuetudo restrictiva libertate facultatis inducitur, & allegatione 94. n. 6. & 7. de quo etiam supra cap. 9. sub num. 27. tom. 1.

Ad num. 27. ibi: Advertendum tamen, &c.

Quod sicut in venditione, vel donatione rerum corporalium sufficit simplex, & nuda traditio, ita in servitutibus, & iuribus incorporalibus, resolvit Gomezius, & comprobari facile potest ex late traditis a D. Joanne del Castillo in dicto tractatu, de usufructu, cap. 1. ex num. 4. 17. & sequentibus, Morla in emp. tit. 6. quaestione 4. num. 37.

Et adde quod multum interest inter servitutes constitutas testamento, vel per contractum; servitus enim constituta testamento cedit statim a morte testatoris, ut docet Morla in emp. tit. 6. in praesenti, num. 71. Castillo in tract. de usufructu, cap. 9. num. 17. & per totum, ubi quid in usufructu.

Hoc loco disputant Doctores de collectis & tributis, seu impositionibus per Dominos suis vassallicis adjectis, in quibus immemorialis est necessaria praescriptio, ut late probat Morla in emp. tit. 6. quaestione 4. num. 24. & seqq. & 45. ubi probat, quod etiam si dominus per mille annos non imposuit vassallicis gravamina, quae de iure poterat imponere, non ex hoc amittit jus imponendi, nisi vassalli pro liberis se gerant, & casu occurrente contraveniant impositioni, & Dominus eorum contraventioni acquiescat, & latissime Bobadilla in politica, lib. 2. cap. 16. ex n. 117. usque 121. & Anaya in l. 1. c. de auro coronario, lib. 10. num. 34. & seq. ubi an Domini possint cogere vassallos ad sua molendina frumentum deferre, & alia.

Item de usufructu arrogati, an acquiratur arrogatori? & Monachi, an acquiratur monasterio? Vide Pichardum in principio Insti. de acquisitione per arrogationem, ex num. 86.

Praeterea in pinetis quomodo intelligatur usufructus: vide Gurtierrez in tractatu de tutela, 3. parte, cap. 27. n. 6. Barbosa in l. divorio, §. si fundum, ff. soluto matrimonio, ex numero 10. Castillo qui alios plures refert in tract. de usufructu, cap. 25. per totum. maxime ex numero 28. ex quibus certa resolutio videtur, quod si pinetis usufructus relinquatur, cedere permittitur fructuario secundum consuetudinem regionis arbitrio viri prudentis, taliter quod proprietatis conferatur; eos vide maxime Dom. Joannem del Castillo.

Item adde, quod usufructus alicui relinquatur donec Titius ad 25. annum perveniat, quod non extingatur, etiam si Titius antea moriatur, vide Thomam Sanchez in Summa lib. 7. cap. 35. num. 6. & Barbosa in collect. ad l. 12. c. de usufructu, num. 4. & de usufructu relicto Francisco pro decennio, & postea Joanni, si Franciscus moriatur intra decennium, & de usufructu relicto uxori, si castus, & vidualiter vixerit, & post ejus mortem Titio, in quo statim ac uxor contravenit conditioni, debet usufructus Titio, agit ipse Thomas Sanchez num. 7. & 8. ibidem (de quo etiam supra, cap. 11. num. 35.) & num. 9. & 10. ipse Sanchez agit de illa quaestione, an usufructus ad certum tempus relictus, si ante illud tempus moriatur fructuarius, extingatur usufructus? & extingui resolvit, contra Garciam in tractatu, de expensis, cap. 23. num. 5. vide etiam Barb. in collectanea l. 12. Cod. de usufructu, n. 2. & 5.

X x Quod



24 Quod filiofamilias proficente in aliqua religione, adhuc usufructus adventorum pertineat parti, dum vivet, probat cum multis contra alios ipse Thomas Sanchez *suprà*, ex n. 29. Quem etiam videas ad illam quæstionem, an parte, vel alio usufructuario proficente in Religione, usufructus pertineat monasterio capaci vel incapaci: *ibidem* num. 47 & seqq. usque ad finem capituli.

25 Item quomodo usufructus dicatur pars domini: videndi sunt pro interpretatione Taxt. *in l. 4. ff. de usufructu*, Garcia de *expensis*, cap. 10. Barbosa *in l. 1. alienam*, ff. *solutio matrimonio*, numer. 59. Mula *in emporio* text. *in l. 6. quasi. 1. ex n. 9.* Oualdus ad Donell. *lib. 9. cap. 9. nota 13 litera C.* Castillo de usufructu, *cap. 32. n. 5.* Amaya *lib. 1. observationum*, cap. 15. num. 3 & *in l. Cod. de venditione rerum fiscalium*, *libr. 10. numer. 51.* & Larrea *decis. Granatensi* 39. ex num. 43, qui alios ferè infinitos referunt.

FINIS TOMI SECUNDI.



D. ANTONII  
**GOMEZII,**  
 VARIARUM RESOLUTIONUM  
 TOMUS TERTIUS.